

Band IX., Nr. 4147, Seite 476-477

Graf Ulrich von Helfenstein lässt das Eigentum an seinem Anwesen in Nellingen, das Rudolf von Nellingen im Namen seiner Schwester Bertha, der Witwe des Truchsessen Gernod, an das Kloster Kaisheim verkauft hat, auf den Käufer übergehen und bestätigt die Nebenabmachungen des Kaufvertrags.

Ohne Ortsangabe, 1291. Juni 13.

In nomine domini. Amen. Nos Ulricus dei gratia comes de Helfenstein notum esse volumus presentium litterarum inspectoribus universis, quod cum Rüdolfus de Nellingen ministerialis noster mansum quendam in Nellingen situm ad sororem suam Berhtam relictam quondam Gernodi dapiferi pertinentem iure proprietatis cum omnibus iuribus suis et pertinentiis cum agris pratis pascuis silvis aquis cultis et incultis domino Heinrico venerabili abbati et conventui monasterii Cesariensis Cisterciensis ordinis Augustensis dyocesis de consensu sororis sue antedictae pro quadam certa summa pecunie vendidisset, predicta Berhta proprietatem predicti mansus sine coactione et illectione aliqua sola petitione fratrum suorum interveniente per manus Cünradi dicti de Nellingen ad manus nostras libere resignavit petens a nobis una cum fratribus suis carnalibus, ut predictam hūbam sic rite et rationabiliter per fratres suos antedictos venditam vellemus per ratihabitionem predictis fratribus de Cesarea confirmare. Nos igitur predictam hūbam in Nellingen sitam, que iam colitur ab Hermanno dicto de Ufhusen et in annuis redditibus solvere debet V ymina spelte et quinque ymina avene mesure in Nellingen, item VI solidos et dimidium Hallensium et unum solidum pro presentia, item X caseos et quinquaginta ova, item IIII pullos autumpnales et unum carnisprivalem, una cum manu predictae Berhte et fratrum suorum germanorum ad instantiam et petitionem omnium ipsorum manu nostra damus et dedimus . . . abbati et conventui de Cesarea supradictis transferentes exnunc in eos ipsius hūbe et suorum attinentium possessionem puram et liberam omnino dominium cum pleno et absoluto usufructu possidendam et habendam tenendam et fruendam perpetualiter pleno iure. Et quia predicta Berhta per dictum Gernodum bone memorie filiam unicam habuit, que tempore huius contractus nondum ad annos pervenerat pubertatis, ipse Rüdolfus supradictus de Nellingen se una cum Sifrido dicto Schön ipsis fratribus de Cesarea per cautionem fideiussoriam obligavit ad hoc, ut, cum ipsa puella primum ad annos legitimos venerit, requisita de hoc renuntiare teneatur simpliciter et precise bonis omnibus supradictis, alioquin iidem Rüdolfus et Sifridus extunc moniti in civitate nostra Giselingen in obstagium se recipient expensas

II

in dampnum suum facturi, donec eadem puella renuntiet bonis prehabitis, ut est dictum superius et expressum, promittentes nichilominus sub pena eiusdem obstagii, ut de vitio et evictione cavere debeant in supradictis bonis fratribus de Cesarea prenotatis secundum terre consuetudinem et iuris provincialis debitam rationem. In quorum omnium robur et evidens testimonium presentem litteram ad predictorum Rūdolphi et sororis sue instantiam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Gebhardus de Wisenstaige, Marquardus de Bergen¹ milites, Sifridus et Cūnradus dicti de Nallingen, Hiltbrandus de Studach, Albertus dictus Kūchalmer et Waltherus minister noster in Giselingen.

 Datum et actum anno domini MCC nonagesimo primo, idus Junii.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel des Ausstellers, wie WUB, Bd. VIII, S. 95, Nr. 2770.

¹Unterböhringen, Bad Überkingen, GP.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Augsburg

Signatur/Titel des Originals:

Reichsstift Kaisheim Urkunde 325

Überlieferung und Textkritik:

Original. War ehemals im HStA München. Abschrift im Kopialheft:
HStA Stuttgart B 96 Bü 193, S. 13.

Regesten:

Regesta Boica, Bd. 4, S. 495.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Aufhausen Wohnplatz (697)
 Aufhausen, Geislingen an der Stei-
ge, GP
 Augsburg, A
 Geislingen an der Steige Wohnplatz
(701)
 Geislingen an der Steige, GP
 Helfenstein Wüstung
(21656)
 Helfenstein, Geislingen an der Steige, GP, W
 Kais-
heim, DON
 Nellingen Wohnplatz (16891)
 Nellingen, UL
 Schelklingen UL
 Schelklingen Gemeinde (16932)
 Unterböhrin-
gen Wohnplatz (584)
 Unterböhringen, Bad Überkingen, GP
 Wiesensteig Wohnplatz (852)
 Wiesensteig, GP